No. G.389 A.324

Charlotte Harris Fund



CONFITENDI RATIO

Doctoris Martini Lutheri Augustiniani VVittenbergeñ.

M.D.XX.

Ch. Harris
July 15, 1937
KK

G389a324

IHESVS

Viro integerrimo D. Alexio Crosnero Coldicio. Canonico Aldenburgen. suo in Christo

Salutem. Exegit exorsitq; mihi aliquãdo D. Georgius Spalatinus, tuus Collega, cõmunisq; amicus, Epistolã, qua Rationem confitendi breuiter deliniarem, q; querela passim, & me inter cęteros pulsaret, de laborioſissimo confusissimoq; confitendi modo. Ego, quirem odiosam, & tyrannis ecclesiasticis intolerabilem, a me peti intelligerem, distuli aliquãdiu, donec familiari & priuata epistola amicũ utcunq; quietare cogerer, id siue libelli siue Epistolę, cũ ille cõmunicasset uni & alteri, quod & iure suo potuit, & me nõ offendit, tandẽ periclitari cœpit, & typis quoq; desyderari. Hic memor, q̃m soleant amici mei, etiam syllabas meas obseruare, coactus sum uagabundũ reuocare: & quanq̃m festinãs aliisq; occupatissimus, ipsemet recognoscere, & paucis immutatis & additis, aliorum editõem pręuenire. Equidem scio hanc rem, doctioribus longe oportũisse relinqui, tũm nouem (ut aiunt) annos premi & uersari. Sed iacta erat alea, nec iam nostri arbitrii aliud facere, q̃m facimus. De spiritu pręsumere cœpi, qui tarda molimina nescit. Tu itaq; quicquid id est nugarũ siue rerũ, tuo nomine sinas quęso prodire, qui cum omnibus pene fortunis similis sis Spalatino, hac re quoq; nõ debuisti dissimilis uideri. Vale, & me domino commendatũ & excusatũ habe. Vuittenbergę, septimo Calen. April. Anno. M. D. XX.

¶ Confitendi ratio Doctoris Martini Lutheri Augustiniani. Primum.

Quando nostro ſeculo, oim ferme conſcientię ſunt, in falſam ſuę iuſticię & operum ſuorũ fidutiã, humanis doctrinis abductę, ferecp eruditio fidei & in deum fidutię, obmutuerit. Idcirco & confeſſuro neceſſariũ eſt ante oĩa, vt nõ fidutia confeſſionis, vel faciendę, vel factę nitatur, Sed in ſolius dei clementiſſimã ꝓmiſſionem, tota fidei plenitudine confidat, certiſſimus videlicet, ꝙ qui confeſſuro peccata ſua ꝓmiſit veniam, ꝓmiſſionem ſuã fideliſſime prẽſtabit, Non eĩ, quia nos cõfitemur, ſed quia ipſe ꝓmiſit veniã cõfitentibus, gloriandum eſt, hoc eſt, non ꝓpter noſtrę confeſſionis dignitatem aut ſufficientiã, cum talis nulla ſit, ſed ꝓpter ſuę ꝓmiſſionis veritatem & certitudinem, Sicut dicit Pſal. xxiiii. Propter nomen tuũ dñe propiciaberis pctõ meo, Nõ ait ꝓpter me, aut meã dignitatem, aut nomen meũ, ſed ꝓpter nomen tuũ &c, Ita ſane, vt opus cõfeſſionis nihil aliud ſit, q̃ occaſio quedã, qua deus ꝓuocetur ad ꝓmiſſionem ſuam implendã, ĩmo, qua nos exerceamur, ad fidem ꝓmiſſionis ſine dubio adipiſcendę, vt ſic, nõ nobis dñe, ſed nomini tuo des gloriã, & lęteris, nõ cum benefecerimus tibi, ſed cũ benefeceris tu nobis, vt per Ezechielem dicis. Hac ratione fiet, vt qui gloriatur in dño glorietur, & nõ ſeipſum cõmendet, ſed grãm dei glorificet, Et erit, vt ſit confeſſio & magnificentia opus dei, Pſal. cx.

¶ Secundum.

Quod aũt deus, ad gloriã ſcilicet gratię & miſericordię ſuę, veniam ꝓmiſerit, ex ſcripturis firmandũ eſt. Primũ Pſal. xxxi. Dixi confitebor aduerſum me iniuſticiã meã dño, Et tu remiſiſti impietatem peccati mei, Et illud. ii. Reg. xii. Vnde hic Pſalmus deſumptus eſt, q̃m primũ Dauid dixit, Peccaui domino, ſtatim dixit Natan, Dominus quoq; trãſtulit pctm̃ tuũ, nõ morieris. Et Hiere. xviii. Si egerit gens illa pœnitentiã a malo, agam & ego pœnitentiã ſup malo qđ cogitaui vt facerem. Item. i. Iohañ. i. Si cõfiteamur peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtus, qui remittat nobis peccata, & emundet nos ab omni iniquitate. Et illa diffinitio vera iuſti, Prouerb. xviii. Iuſtus prior eſt accuſator ſui, ideo iuſtus quia ſeſe accuſat, vnde & ſequit, Venit amicus eius, Chriſtus, & inueſtigabit eũ, id eſt, quęret eum & nõ ſinet perire, etiã ab extremis inferni inuentũ reducet. Hinc Ioſuę vii. Confeſſionem peccati, vocat gloriã dei, dicens, ad Achan. Fili mi, da glo

riam deo,& confitere,atq; indica mihi quid feceris. Et d. Hiero. ad idem: Confessio peccati,est laus dei: Nec mirũ,quia qui peccata sua confitetur,veritatẽ vtiq; dicit,deus aũt est veritas,ideo simul deum confitet. Sic. ii. Paral. vlti. Manasse rex Iuda,in orõne sua pulcherrima,oñi confessuro aptissima,dicit, Tu aũt domine,scd'm bonitatem tuã promisisti pœnitentiã remissionis pctõrum &c. Vere scd'm bonitatẽ tuã ꝓmisisti, quia nihil esset cõfessio nostra,nisi staret promissio dei,adeo totũ est bonitatis diuinę,q; ꝓmisit remissiõem, quã nisi ꝓmisisset,per nullã iusticiã posset obtineri. Ac sic fides promissionis illius,primũ & summe necessaria est confessuro,ne forte prę su mat,sua diligentia,sua recollectione,suis viribus,deum ꝓuocare ad remissionem pctõrum,cum iam deus ipse & remittere paratissimus, prę uenerit eum,ac pocius ad acceptandã remissionem & confessionem prę standã allexerit ac ꝓuocauerit,bonitate dulcissimę promissionis sue.

Tertium.

Anteq̃m sacerdoti confiteaꝫ vicario,vtiq; oportet,Primũ confiteaꝫ principi ipsi deo,hic vero rem serio tractare oportet,quia diuinũ oculum,sicut nihil latet,ita nihil fallit. Quare hic ꝓpositum melioris vitę,& odium peccati,oportet sine simulatione discutere,nam,nihil fere confessuros plurimos fallit,q̃m subtilis ista simulatio & ꝓfundissima,qua plerũq; violentũ peccati odium & propositũ melioris vitę,per vim simulant,etiã coram seipsis,qd' satis probat,infœlix euentus,vbi post cõfessionem,cito redeunt ad ingeniũ,& velut magno onere cõfessionis leuati,denuo secure viuunt,tam incuriosi q̃m imemores propositi sui,qua vna re,satis possent argui,suę fictionis infœliciss imę. Quare,hic oportet,hoiem esse liberrimũ,& de se in se ipso oñino ꝓnunciare,sicut inuenit sese affectũ,sicut vellet,si nulla esset pœna,nullus deus,nullũ prę ceptũ &c,ac sicut diceret in aurem secreti,cuiuspiã amici,vbi nihil puderet oñia sua reuelare,imo sicut secum vellet liberrime de suis loqui viciis,ita loquaꝫ corã deo, qui multo magis nos diligit q̃m ipsi nos. Nam si quispiã sese non inuenerit serio affectũ bono proposito,nescio an tutum sit cõfiteri. Hoc scio,melius sibi esse si abstineret a cõfessione. Nec in hoc prę ceptũ Eccle się curandũ esset vllo modo, siue excõmunicet siue minus melius est eccl'iam ibi nõ audire, & excõicari, q̃m in periculũ suũ, ad deum cũ ficto corde accedere,quia hic contra deum,ibi cõtra eccle siam tantũ peccaꝫ,si tamen peccaꝫ,isto casu eccl'iam nõ audiendo,

Quandoquidem ecclesia nihil habet mandare, in quo sit periculum animę, & semp est exceptus articulus eiusmodi a prę ceptis ecclesię, Quicquid em̃ prę cipit ipsa, p deo & animę salute prę cipit, prę sumes hoiem esse capacem precepti sui, & idoneũ ad impletõem, quę prę sumptio si fallitur, prę ceptũ quoq; nõ tenet, cum cõtra dei prę cepta (quę conscientiã ligant) statuere nihil possit. Timendũ certe, multos ecclesiastici prę cepti timore accedere, quibus tamen vita prior mala ex corde placet.

Quartum.

Quod si inter angustias deprehensus, formidet abstinere, & tamen sentit (si vere velit loqui) sese carere affectu bonę ppositę vitę. Hic qd vnum reliquũ est apprehendat, & pphetę consiliũ audiat. d. Effundite coram illo corda vestra, ac prostratus plane cõfiteatur deo, totũ malũ cordis sui, & oret & optet bonũ propositũ. Immo quis est tam superbus, vt hoc consiliũ sibi nõ putet necessariũ: cũ nullus tanto sit ppposito bono, quanto debet esse. Ideo secure petat a deo, qd sentit se nõ inuenire in seipso, donec serio & vere incipiat sibi placere vitę melioris speeies, & sua displicere: Non em̃ doctrinę illę, de p posito bono formando traditę, ac passim inculcatę, sunt intelligendę, qd homo ipse ex sese id formare & laborare debeat (hęc em̃ intelligentia, mors est & perditio. Et sicut ait ille, Mors in olla o homo dei, licet heu plurimi in ea misere excarnificent, scilicet ad impossibilia tendere docti) sed desperando plane, atq; effundendo cor coram deo, dicere. Dñe deus. Non habeo qd debeo, nec possum. Da qd iubes, & iube qd vis, Sic em̃ August. orat in confessione.

Quintum

Verum, ista de ppposito volo caute intelligi. Propositũ em̃ bonũ dupliciter fieri debet. Primũ, de manifestis mortalibus tantũ, vt sunt Adulteriũ, homicidiũ, fornicatio, furtũ, rapina, vsura, detractio &c Horũ em̃ vitandorũ propositũ proprię pertinet ad confessiõem sacramentalem, & corã deo ad quodlibet statim momentũ, postq̃m perpetrata sunt. Iuxta illud Ecclesiastici. Fili peccasti, quiesce, ne adiicias iterũ. Et item. Ne tardes conuerti ad dñm. Secdo, de oñibus peccatis (quę venialia vocant. de quibus infra) prorsus vanũ est laborare ad propositũ formandũ, quia si recte sese consyderet, inueniet impossibile, si saltem in carne viuere velit, cum (vt August. ait) hęc vita sine talibus nõ possit agi, qualia sunt, risus, verbũ, cogitatio

aſpectus, auditus, guſtus, tactus ſuperfluus, aut inconſyderatus &c̄

Quę etiam talia quandoq; ſunt, vt incertum ſit, peccata ne ſint an tentationes ꝓmouentes merita. Et tamen in his mirū, q̄m labore tur & obtundat confeſſor verboſiſſimo modo confitendi, debet eū ꝓpoſitum certū eſſe, & ſuper iis, quę certa ſunt, & cōmuni vita vitari poſſibilia ſunt, vt iam dicta mortalia peccata aperta.

¶ Sextum.

An peccata cordis occulta, ac ſic ſoli deo & homini qui fecit ea, cognita, pertineant ad confeſſiōem ſacramentalem, extra meū captū eſt, Libentiſſime negarem. Nec eū vlla via, aut ratione, aut ſcriptis ꝓbari poteſt, ſępiusq; mihi ſuſpitio fuit, eſſe id totū inuentū, vel auarorum, vel curioſorū, aut certe tyrannorū prelatorū, qui hac via, populū Chriſti, in terrorem ſui adduxerint. Nam, id eſt (meo iudicio) penitus in iuditiū dei manū mittere, & forum dei violare, preſertim ſi coganť ad id homines. Hic venit illud mare iuriū & quęſtionū impoſſibilium, de caſibus pctōrum &c̄. Cum ſit impoſſibile ipſi homini ſcire, quando mortaliter ſuperbierit, vel cōcupierit, vel inuiderit in corde. Et quomō hoc facerdos ſciet, qui ad mortalia tantū poſitus eſt iudicanda? Alienū cor cognoſcet, qui ſuū nō ſatis nouit? Inde fit, vt multi multa cōfiteanť, neſcientes an ſint peccata nec ne. Et ad id impellunť per illud Gregorii. Bonarū mentiū eſt, vbi culpa nō eſt, culpā agnoſcere. Hoc eū corā deo preſtandū, etiā ſibi preſtari (tam immanis eſt pontificū & ſacerdotū arrogantia, & faſtuoſiſſimū phariſeorū ſuperciliū) volunt. Nec interim vident, ſi id homini eſſet preſtandū, tota vita nihil aliud oporteret fieri, q̄m cōfiteri, atq; etiā ipſam cōfeſſionem alia confeſſione cōfiteri, timendo culpā, vbi culpa nō eſt, cū & bona opera, nō vacent culpa, & Iob veretur oīa opera ſua.

¶ Septimum.

Igitur alius id explicet, hoc ego contentus ſum, q; nō oīa peccata cordis ſunt cōfitenda. Si aūt aliqua cōfitenda ſunt, ea tantū aſſero, quę ipſe manifeſte ſcit, ſeſe cōtra diuina mandata in corde ſtatuiſſe. Hoc eſt, nō ſimplices cogitatōes, de virgine aut muliere, aut contra mulieris de adoleſcente. Nec ipſas affectiones, nec ardorem libidinis mutuū, ſeu inclinatōes ad ſexum alterū, quantūlibet fœdum.

Addo, nec paſſiones taliū, ſunt eū hę cogitatōes, frequētius paſſiones a carne, mundo, diabolove ſuſcitatę, quas anima ferre cogi-

tur inuita, aliquãdo per multã morã, ímo quãdoq; tota die vel hebdomada, ſicut Paulus Apl'us cõfitetur de ſuo ſtimulo Ratio horũ eſt, quia ꝓpoſitum ſupillis vitandis eſt impoſſibile, & vanũ, & mendax & inclinatões & affectiones mutuę ſexuũ, nõ ceſſant, data occaſione. Deinde diabolus nõ quieſcit, & natura noſtra tota eſt peccatũ

Sed illi, qui ſine peccato volunt eſſe, & hoíem ſanũ credunt, hi nobis has cruces ſtatuũt, vt nõ ceſſemus (ſacerdoti etiã) cõfiteri, quęcunq; vel modicũ nos titillant tantũmodo. Igitur, ſi oportet confiteri oñino hęc occulta cordis, tantũ ea, quę pleni ſunt conſenſus in opus confiteant, qualia in iis, qui cupiunt pie viuere, vel raro, vel nunq̃m contingũt, etiã ſi aſſidue affectõibus & paſſionibus talibus vexentur.

Octauum

Huc pertinet Theologorũ quorundã audaciſſimorũ genus, nati ad hoc ipm, vt vero dei timore in cordibus hoím extincto, falſis terroribus totũ orbem cõcutiant, vt de illis Chriſtus dixiſſe poſſit videri, Terrores de cœlo cõmemorans, hi ſunt, qui aggreſſi ſunt nobis diſcernere peccatũ mortale & veniale, ſcilicet, vt vbi audierint homines eſſe aliquod pctũ veniale, ſecuri ſint, & dei timorem (ac ſi veniale ipſe nihili pendat) penitus remittant, rurſum, vbi mortale peccatũ eſſe audierint conſenſum cordis, tum, ſi quis p̃cepta eccleſię nõ audierit, aut neſcio, quid aliud leuiculũ admiſerit, iam nullus ſit locus Chriſto in corde, prę cõfuſione ſonitus maris, & fluctuũ miſerrimę conſcientię. Contra hos ſciendũ, q̃ oportet hoíem deſperare, ſeſe oñia mortalia peccata cõfiteri vnq̃m poſſe. Et doctrinã illã quę vulgatur in eccleſia ex decretis, q̃ ſemel in anno oím ſuorũ peccatorum (ſicut ſonant verba) debeat facere confeſſiõem oñis Chriſtianus, aut eſſe diabolicã & homicidiſſimã, aut egentem multo & laxo interptamento. Oportet inq̃m nõ oñia cõfiteri, nec mortalia, nec venialia, quin oportet noſſe, q̃ poſt oẽm diligentiã ſuã factã, ad huc minorẽ partem pctõrum ſit cõfeſſus. Vnde hoc? quia dicit ſcriptura Pſal. xviii. Ab occultis meis munda me dñe. Iſta occulta, ſolus deus nouit. Et iterum, Cor mundũ crea in me deus, vtiq; immundũ confitet cor, etiã tam ſanctus ꝓpheta. Et eccleſia tota ſancta orat, Fiat voluntas tua, ſcilicet confeſſa, q̃ nõ facit volũtatem dei, & ſeſe peccatricem eſſe. Porro tantũ abeſt, vt omnia mortalia poſſimus noſſe, nedũ cõfiteri, vt etiã bona opa noſtra, ſi deus per rigorem iudicet, & nõ miſcdia ignoſcente agnoſcat, ſint dãnabilia & mortalia.

Ideo si omia mortalia sunt cõfitenda, breui verbo id fiet, si semel dixerimus. En totũ qd̃ sum, viuo, ago, loquor, tale est, vt mortale sit, & damnabile. Iuxta illud Psal. cxlii. Nõ intres in iuditiũ cũ seruo tuo, quia nõ iustificabit in cõspectu tuo omis viuens. Et ad Ro. vii. Ego aũt carnalis sum venundatus sub peccato, nõ inuenio in carne mea bonũ, qd̃ nolo malũ, hoc facio &c̃. Quin hoc est mortaliũ mortalissimũ, nõ credere se esse damnabili & mortali peccato obnoxiũ coram deo. Ad quã insaniã isti Theologi, hac regula sua nitunt̃ data opera, & perditissime, trahere hoim cõscientias, dum docent, venialia esse distincta a mortalibus, suo scilicet more. Ita legimus in Augusti. Cypri. & aliis patribus, nõ peccata mortalia, sed criminalia, id est, ea quę accusari & cõuinci poterant, ligata & soluta fuisse.

Omia ergo peccata intelligat Decretũ oportet, omia crimina, vt de quibus, vel alii, vel ipsius cõscientia eũ accusant, cõscientia inq̃m recta, nõ ex traditõibus hoim cauterisata, & pessime informata, sed ex diuinis mandatis erudita, quę sciat, multo plura esse relinquenda diuinę bonitati soli, q̃m suę diligentię cõmittenda. Sed qd. si in morte diabolus obiiciat pctã nõ confessa, sicut multa exempla legimus? Respondeo, transeant illa, cũ iis, de quibus dicit. Delicta quis intelligit? Et illis, nõ intres in iuditiũ cũ seruo tuo &c̃. Si quid exemplorũ contra hęc facta sunt, vel illudente diabolo facta sunt, vel nõ recte intelligunt̃, sufficit te voluisse omia confiteri, si nosces & posses. Misericordiã suã glorificari vult deus, sed vbi? in iusticiis? Nõ, sed in peccatis & miseriis nostris. Scripturã oportet prę ferri omibus exẽplis.

Nonum.

Ad rem ipam accedendo, tumultũ illũ distinctõm penitus abscindat cõfessurus, qui passim celebrat̃, scilicet, quid per timorem male humiliantem, & amorem male accendentem, quid cõtra tres virtutes theologicas, fidem, spem, charitatem, quid contra quatuor virtutes cardinales, quid per quinq̃ sensus, quid per septem peccata mortalia, cõtra septem sacramenta, cõtra septem dona spiritussancti, quid contra octo beatitudines, quid cõtra nouem peccata aliena, quid cõtra duodecim articulos fidei, quid per muta, quid p clamantia in cœlum peccata, aut si qua alia sunt, per quę aut cõtra pctm̃ est. Iste em̃ odiosissimus ac tediosissimus cathalogus distinctionũ, inutilissimus est, immo noxius omino. Addiderũt his malis quidã, circũstantiarũ molestissimũ negotiũ, quibus omibus duos fructus pmouerunt. Primũ, q̃ cõfessuro his nugis tantũ negocii fit, vt id qd̃ prę-

cipuũ est, penitus curare nõ possit, scilicet studiũ boni propositi, tanta mole memoriã occupare, & curarũ solicitudinũq; recte ꝓferendi negotio cor opplere coactus. Atq; dum quęrit peccata oblita, vel modũ cõfitendi, interim prędentis cõscientię morsum, totãq; salutaris cõfessionis vtilitatem penitus amittat, vt absolutus nõ adeo gaudeat sese absolutũ, q̃m sese misera illa cõfitẽdi carnificina semel liberatũ. Quia, nec absolutõem tã quę siuit, q̃m finem laboriosissimę confitendi carnificinę, adeo dum dormimus secure, omnia passim sunt subuersa. Alterũ, vt & confessori sint tedioſissimi, tempus ei furantes, & alios impedictes. Quare ipsa prędecepta dei breuiter sunt inspicienda, in quibus sine dubio, omia peccata continent, si recte intelligant. Nec tamen hęc omia, sed vltima duo prorsus a confessione sunt excludenda. Confessio em & breuis esse debet, & eorũ potissimũ pctõrum, quę prędenter mordent, & vt dicũt, quę mouẽt ad confessiõem, Confessionis em sacramentũ ad quietandam, nõ perturbandam conscientiã institutũ est.

Exempli gratia.

De illo prędecepto, Non mœchaberis, cito dixerit, quo modo libidini cesserit, vel opere, vel verbo, vel consensu, velut se totũ cum oibus membris & sensibus in eo prędecepto describens. Quid ergo quinq; sensus, peccata mortalia, & aliud pelagus distinctionũ oportet adducere frustra! Ita in illo, Non occides, cito dixerit, qua specię pecauerit, an odio, an detractione, & maledictõe, an opere ipso. Sic in ęteris, sicut dedita opera conatus sum in prędeceptorio meo, & schedulis decalogorũ monstrare. Contra hęc nihil moueat, ꝙ in decretis de pę. & quarto sententiarũ aliter tractetur ista materia. plena sunt omia humanis cõmentis. Nec mirũ, quando sumpserũt sua omia ex libello quodã apocrypho & indocto, q de vera & falsa pœnitentia B. Augustino inscriptus, vbiq; titulo mendito celebrat.

Decimo.

In facienda confessione diligenter obseruari oportet, vt multo discrimine discernantur peccata, quę contra diuina mandata, & quę contra humana statuta cõmissa sunt. Hoc dico, quia hodie inualuit insania, vt quę contra decreta pontificũ peccantur, mira cura obseruentur, quę contra deũ vero, vel parua, vel nulla. Exemplis tibi notũ faciam. Inuenias sacerdotes, & religiosos, qui si in Canone missę vel syllabam titubent, aut repetant, nescio quod velut monstrũ ex-

horreſcant, cū hic, vel naturalis linguę defectus, vel caſus quiſpiam nullū peccatum fœcerit Porro, nullus eſt, quin confiteatus ſeſe diſtractū fuiſſe, ſua p̄paratoria nō legiſſe, aut alias aniliſſimar nugas. Fuit vnus, qui ter accito ſacerdote, in altari iā celebrans, confiteret, vt vt quid incidiſſet, denicp diaboli iſta ludicra infinita, vidi multis tanta fuiſſe ſeria, vt prope inſanierint. At cp in corde odiū vel inuidiam occultam alerent, ante & poſt miſſam maledicerent, ocioſe fabularentur, detraherent, nihil mouebat, vnde hęc peruerſitas? Ex traditionibus hoīm auerſantiū (vt Apoſtolus ait) veritatem. Ut quia deo verorū peccatorū confeſſionem negleximus offerre, tradidit in ſenſum reprobū, vt fictis peccatis, nos ipſos illudamus, & ſacramenti beneficio priuemus, eo maxime ſtudio, quo maxime quęrere videmur. Huius farinę ſunt, qui horarū Canonicarū neglectū prope irremiſſibile peccatū fœcerunt, cum interim fornicationes contra dei pręceptū, aut omiſſa ſtudia erga proximū, facile remittant. Inueniās, qui S. Seuerini vel ſomniū, vel exemplū eo probent, vt ſe horas Canonicas, nęc anteuertere, nec poſt complere ſine peccato arbitrentur poſſe, etiā ſi iuſtiſſima cauſa fuiſſent legittimo eorū tempore impediti, ſcilicet, ſeruiēdo proximi neceſſitatibus, id eſt, meritis melioribus ſexcenties, qm fuiſſent eorū frigidiſſimę, & forte damnatiſſimę orationes. adeo non attendunt, in ſeruitio proximi, mandatū dei debere pręferri mandato hominū, in lallandis verbis horarum ſine intellectu. Huc pertinent, qui intra Canonē, etiam p ſumma neceſſitate & periculo loqui, aut puerū vocare nefas putent. Deinde ieiuniū aliud naturę, aliud Eccleſię facientes, ſi quis vel imprudens guttas aliquot glutierit, aut medicinę quid ſumpſerit penitus a ſacramento arceant, & peccatū vel maximū hic ſtatuant. Miror ergo, vnde nam hominibus iſtis autoritas ſit harū legū condendarū, & peccatis a ſe repertis conſcientiarū perturbandarū. Et iis ęſtimentur reliqua ſimilia. Laici vero, alius cōfitetur ſe libenter guſtaſſe dulcia, alius audiſſe iucunda, olfeciſſe oderata, tetigiſſe mollia. Ad maiora veniamus. Comediſſe butyrū & oua diebus ieiunii, vulgo perſuaſum eſt, hęreticū eſſe, tam atrociter ſęuiunt leges hoīm in Eccleſia dei. Ut nos populi hac ſuperſtitione, immo noſtra tyrannide ſecure fruimur, nihil curantes dei pręcepta, paſſim pro ludibrio haberi, modo ad noſtras paueant & palleant leges. Adulterū nemo hęreticū vocat, fornicatio leue peccatū, ſchiſmata & diſcordię etiam autoritate & nomine Eccleſię ſuſcitata & ſeruata & aucta, merita ſunt. Sed carnes ſexta feria ediſſe, hęreſim oīm ſumma eſt, ſic nos erudimus

& erudiri permittimus populũ Christi. Sed iã me piget, tedet, pu det, miseret, istius infiniti Cahos superstitionũ, quas in sacramentũ istud confessionis saluberrimę inuexit infœlix illa syncerioris Theo logię ignorantia, quæ tyrannidem suam egit a tempore constitutio num humanarum.

Vndecimo.

Consulo, quod & Iohan. Gerson aliquoties consuluit, vt aliquã do cum scrupulo cõscientię quis accedat ad altare seu sacramentũ, videlicet, non confitens, si immodestius vel biberit, dixerit, dormie rit, aut aliud quid fœcerit, aut horam vnam aliquam non orauerit. Vis scire quare id consulatur. Audi, vt homo discat in dei misericor diam plus fidere, q̃m in suam confessionem aut diligentiam. Nihil enim satis fieri potest, aduersus maledictam illam fiduciam operũ nostrorũ. Etiam ideo, vt si qua vel tentationis vel mortis ingru at necessitas, & cœperint apparere occulta illa peccata, quę nunq̃m videre aut confiteri potuit, tum iam paratũ habeat vsum confiden di in dei misericordiam indignis prestitam, Iuxta illud, paratum cor eius sperare in domino. Alioquin, quomodo sperabit in tantis mo libus peccatorum, tunc irruentium subito, qui in hac vita, dum ociũ erat, nec in minimo, vel ficto peccato didicit sperare in dño? Si dicis quid si hoc sit contemnere sacramentum dei & tentare deum? Respondeo, nõ erit tentatio dei, si ad gloriam dei fiat, id est, si ideo facias, non quod contemnas sacramentũ dei, nec eum tentes, cum sis paratus etiã omnia confiteri, sed vt miseram conscientiam assue facias in deum cõfidere, & non ad omnem sonitum folii volantis pauere. Non dubires, omnia quę fiunt hoc fine, vt fiducia in deum habeatur, sunt deo gratissima, Cum tota gloria eius sunt hęc, si in eius misericordiam q̃m magnanissime confisi fuerimus. Non tamen volo, vt semper ita fiat, sed aliquando inq̃m, tantum ad erigendam fiduciam in deum, ac destruendam fiduciam nostrę confessionis. Vix enim sine vicio celebrat, qui magis secure accedit, quia confes sus est, q̃m quia deus misericors est, immo, tota impietas hęc est om nino. Summa enim summarum est, Beati qui confidunt in domi no. quando in domino audis, vtiq; intelliges, infœlicem eum, qui cõ fidit in aliquid, quodcunq; non est ipse dominus, qualem faciũt. Ar tiste illi confitendi, quid enim fecit ars confitendi, nisi quod abole uit artem & vsum confidendi, vt multum confiteri, nihil confidere discceremus.

In casibus reseruatis: multi vexant. ego, quia scio leges hoim, oportere epiicię subiectas esse, & plus ad fauorem q̃m rigorem trahendas, eorũ sequor usum & consiliũ, qui in peccatis occultis, nullũ reseruari casum censent. Ideo absoluendos esse oẽs, quorũ occulta sunt peccata, vt sunt peccata carnis, seu libidinis cuiuscũq; speciei, oppressiones infantiũ & similia. Nec em̃ presumi debet, vllus ponti fex voluisse, in occultis peccatis, tot laqueos & pericula aiabus ponere. Verũ, vbi publicũ fuerit crimen seu casus reseruatus manifestus, omnino potestati deferẽdũ est, siue sit equa, siue iniqua. In quo tñ sic moderetur cõfessor vim clauis, nec confitentem sinat sine absolutione abire, saltem eorũ peccatorũ, quę reseruata non esse scierit. Quanq̃m ego iamdudũ fluctuo, nec dũ stationem disputationis proprię composui, An possit vllus casus, quo ad remissionem culpę reseruari, aut vnquã reseruatus sit, pœnam reseruari nõ est dubiũ, de quo esto aliorũ iudiciũ. Sed nec in pœnę remissione, nimium sit scrupulosus confessor vel confitens, pœnam intelligo, excõmunicationem, vel quãlibet Ecclesię censuram, seu, vt vocant, fulmina & tonitrua sua. Cum em̃ excõmunicatio sit mere pœna & non culpa, ferriq; possit super innocentem, aut lata manere sup resipiscentem, tũ propter itineris longitudinem vel pauperiẽ, necesse sit differri aliquoties satisfactionẽ, debet nihilo minus confitens (si petat) absolui ab oĩbus peccatis suis, & p vinculo excõmunicationis soluendo, & satisfaciendo potestati dimitti, & sic in foro dei & conscientię absolutus a culpa & peccatis, mitti ad forũ Ecclesię, soluendus a pœna. Hoc est quod dicitur, sufficere absoluendo peccatori, votum satisfactionis. Vltimo. Votorũ ratio foret consyderanda, quę pœne maxima est in hac re, quęstio, multoq; maioris confusionis materia, q̃m casuũ reseruatio, quãuis & hęc suã Babylonem magna tyrannide exercet, Quod si hic libere quis velit loqui, nõ poterit terra sustinere vniuersos sermones eius, vt de Amos dicit Amasias impius. Primũ & optimũ consiliũ foret, si pontifices & concionatores populũ dehortarentur & deterrerent a pronitate vouendi, ostendentes, q̃m nihil sit visitatio terrę sanctę, Romę, Compostellę, aliorũ ve locorũ sanctorũ, tum ieiuniorũ, orationũ, operũq; a se electorũ studia, si comparata fuerint ad opera mandatorum dei, & ad vota quę in baptismo vouimus, quę in domo sua erga proximos suos, coniugem, liberos, seruos, dominos, possit cum incomparabi

liter maioribus meritis quisq; seruare, qm voti operibus a se electis, nec a deo mandatis, inuenire. Stulta opinio vulgi, & pompa Bullarū fœcerunt, vt vota ista, peregrinationū, ieiuniorū, orationum, & quorūlibet operū, longe præponderent operibus mandatorū dei, que tñ vt faciamus, nunqm satis habemus viriū. Atq; ego, pro meo iudicio optarem, vt apud Christianos nihil esset prorsus votorum, præter ea quę in baptismo emisimus, sicut olim fuisse apparet, & oēs intelligerent, quid requirat, vt mandatis dei obediat. Videntur em vota baptismi prorsus viluisse, præ nimio vsu, pompa, dispensatōe, redemptione votorū istorū. Apponamus inqm omes vires, & plus nos vouisse inueniemus, qm possimus implere vnqm. Votorum alia fiunt hominibus, sicut & iuramēta, Alia deo. Ea quę hominibus fiunt, constat tantū & tam diu valere, quantū volet cui vouet. Proinde sciendū, vt recte Gerson sentit, Iuramenta & vota in vniuersitatibus solita fieri, aut magnatibus Præstita, non debere tam rigida existimari, vt quālibet eorū puaricationem, iudicemus voti solutionem aut periuriū. Quin potius equū est, huiusmodi vota nō intelligi soluta, nisi ex contemptu & obstinata malitia eis contraueniat, secus in his quę deo vouentur. In votis quę deo vouentur, video per pontifices dispensari, sed nunqm ego psuadebor, tutū fore eū, cū quo sic despensatur, cū sit iuris diuini tale votū, & nō maiorem in hoc potestatem habeat pontifex medius aut summus, qm quilibet frater Christianus, & si scio decretales quasdā decretaliūq; glossas multa audere, quę nō credo. Hoc tamen libenter Crediderim, votū castitatis ante pubertatem emissum, nō tenere nec ligare, quia is qui vouit, ignorauit quid voueret, cū nec dū stimulū carnis senserit, quinde pie arbitror, tale votū apud deū reputari stultū & nihil, quibendiq; essent generali edicto Ecclesię monasteriorū patres, ne masculum ante vigesimū, aut saltem. xviii. annū susciperent, nec puellas ante quintumdecimū vel decimūsextum, si nos cura animarū solicitaret. Vehementer etiam temerariū est, in cōmutandis votis & relaxandis, melius (vt vocant) opus imponere, cū enim apud deum nulla prorsus sit operū differentia, qui nō secundū magnitudinem vel multitudinem operū, sed secundū affectū operantis iudicat, & vt scriptū est, spirituū ponderator est dominus, qui sępius artificis sordidi manuale opus pfert ieiunio aut orationi sacerdotis, vt est exēplū in S. Anthonio & Alexandrino Coriario, Quis audeat plume re, se velle votū in melius aliquod opus cōmutare! Sed hęc alio loco dicenda fuerunt. Hic em confessionis ritū ad præcepta dei dum-

taxat reuerendū ſuſcepimus, pro quietandis componendiſq; conſcientiis ſcrupuloſis. Vnū tm̄ adiiciam, ſtruunt multi etiam coniugatis periculoſos laqueos, pręſertim in caſu inceſtus, vt ſi quis (nam fieri hęc poſſunt, immo heu fiunt) ſororem vxoris ſuę, aut ſocrū ſuam, aut alio quopiam gradu conſanguinitatis contingentem polluerit, mox arcent a iure exigendi debiti matrimonialis, et tñ ſinunt eū, immo cogunt vxotis thorū non deſerere, obſecro, quod eſt hoc portentū? quę medicina peccati noua? Qualis ſatisfactio peccati? Nonne apparet hos tyrannos, alienę infirmitati ſecure imperare, & ſuę nimis indulgere? da legislatorem quantūuis pœnitentem ac caſtum, qui hanc legem ferat ſibi ſtatui. Adignem ponunt aridum lignū & dicunt, noli ardere, in ſinū mulieris nudę virū collocant & phibent, ne tangat, nec cognoſcat, & id autoritate ppria citra mandatum dei, quid inſanimus? Ne conſule, caueat confeſſor ab his tyrannicis, ſiue decretis, ſiue iuribus, Et cū fiducia talem peccatorem, aut alia pœnitentia mulctet, aut deſinat punire in totū, liberum ei relinquens ius matrimonii, quod nō homo, ſed deus ei dedit. Non habet poteſtatem vllus angelus in cœlo, nedū homo in terra hanc pœnitentiam (id eſt peccati aſſidui ardentiſſimam occaſionem) iniūgere. Quare nec audiendi ſunt vllo modo, qui talia fieri volunt, & cōfitens ab hoc ſcrupulo & periculo cū fiducia liberandus. Sed quis omnes tyrannides recenſeat, quibus confitentiū & pœnitentiū miſerę cōſcientię Chriſtianorū. mortiferis cōſtitutionibus & moribus quotidie exagitantur per ineptos homunculos, qui, alligare tantum nouerunt onera grauia & importabilia, & imponere humeris hominum, quę ipſi nec digito volunt mouere? Et factū eſt hoc ſaluberrime pœnitentię ſacramentū aliud nihil, q̄m mera tyrannis magnatū, Deinde morbus & augmentū peccatorū, vt alia ſignificet, & alia operetur miſeris peccatoribus, ſic miniſtrantibus impiis & indoctis in lege domini ſacrificulis Eccleſiam dei, quā ſuis legibus & ſomniis repleuerunt.

Finis.

Oratio Manasſę Regis Iuda apud Babylonem capti.

Domine deus oñipotens patrũ noſtrorũ, Abraham, Iſaac, & Iacob, & ſemini eorũ iuſto, qui fęciſti cœlũ & terrã cũ oñi ornatu eorum, qui ſignaſti mare verbo pręcepti tui, qui concluſiſti abyſſum & ſignaſti terribili ac laudabili nomini tuo, quod oñes pauent & tremunt a vultu virtutis tuę, & inſuſtentabilis ira ſuper peccatores cõminationis tuę, immenſa vero & inueſtigabilis miſericordia promiſſionis tuę, quoniã tu es dñs altiſſimus ſuper oẽm terram, longanimis & multũ miſericors, & pœnitens ſuper malitiã hominũ. Tu autem dñe, ſecundũ bonitatẽ tuam promiſiſti pœnitentiam remiſſionis peccatorũ. Et tu deus iuſtorũ nõ poſuiſti pœnitentiam iuſtis, Abraham, Iſaac, & Iacob, his qui tibi nõ peccauerunt, quoniã peccaui ſuper numerũ arenę maris, multiplicate ſunt iniquitates meę, Incuruatus ſum multo vinculo ferri, & non eſt reſpiratio mihi, quia excitaui iracundiam tuam, & malũ coram te fęci, ſtatuens abominationes & multiplicans offenſiones. Et nũc flecto genua cordis mei, pręcans ad te bonitatẽ domine, peccaui dñe peccaui, & iniquitatẽ meã agnoſco, peto rogãs te domine, remitte mihi, remitte mihi, ne ſimul perdas me cũ iniquitatibus meis, neq; in ęternũ reſerues mala mihi, quia indignũ ſaluabis me ſecundũ magnam miſericordiam tuam, & laudabo te ſemp oñibus diebus vitę meę, quoniã te laudat oĩs virtus cœlorũ, & tibi eſt gloria in ſecula ſeculorũ. Amen.

Auguſtę Vindelicorũ, in ędibus Siluani Ottmar, excuſum. XXVI. Maii. Anno. M D. XX.

The other tract of the same year is the *Confitendi Ratio* [**G.389A.324], a treatise on the confessional, printed at Augsburg. With characteristic emphasis, Luther considers confession an exercise in faith. It must be made freely, without coercion, and from a sincere heart. He questions the value of burdening the penitent with the confession of the lesser sins, and as for the secret sins, these are often unknowable — for "it is the way of pious souls to confess guilt which does not exist." This small quarto of eight leaves was dedicated to a Canon of Altenburg. In the address Luther refers to his old friend George Spalatin, who translated and published this tract in German before the final Latin version was printed.

Jan. 1939